

in tabula Capituli 18. exemplum diuido 56. ce. ce. ce. per 7. ce. ce. exeunt 7. ce. ce. & similiter diuido 70. ce. Rel. per 10. Rel. 2. prodeunt 7. cubi: demonstratio est per multiplicationem, pro his nota naturam figurarum vndecim cum dico numerum dico rem absolutam vt cum dico 7. vnitates.

- 2 Cum dico Radicem dico numerum qui in se producere debet illum numerum cuius est \sqrt{x} . eius figura est co. numeri verò nulla figura ponitur quoniam per se intelligitur.

Census verò vult dicere quadratum talis \sqrt{x} & producitur ex \sqrt{x} . in se ipsam ducta veluti 6. in 6. facit 36. dico quòd 6. est $\sqrt{36}$. census.

Cubus verò dicitur productio \sqrt{x} . in censum, veluti 2. in 2. fit 4. & 2. in 4. fit 8. igitur 2. est $\sqrt[3]{8}$. 4. ce. 8. cubus.

Census verò in censum est quadratum census veluti 2. in 2. fit 4. & 4. in 4. fit 16. igitur 16. est census census de 2.

Post hanc sequitur Relatum Primum nam hæc denominatio non est cubica, nec quadrata, est igitur 32. Rel. de 2. fit enim ex radice in ce. ce. vel ex cubo in ce.

Pòst sequitur cubus census, vel census cubi, cum enim cubus in se ipsum ducitur, fit hæc denominatio, vel cum census cubatur, veluti 8. est cu. de 2. ductus in se ipsum fit 64.

Pòst sequitur Relatum secundum, & est quod fit ex cu. in ce. ce. veluti 128. est Relatum secundum de 2. ita enim vocatur, nam cum omnes figuræ ad vndecimam inchoando à censu, sint ce. alicuius vel cu. exceptis Rel. Primo & Secundo merito relata appellatur.

Pòst sequitur census census census veluti 256. est census de 26. qui est census de 4. qui est census de 2.

Pòst sequitur cubus cubis vt 512. respectu. 2.

Pòst sequitur vndecima figura & est ce. Rel. cum enim Primum Relatum ducitur in se producitur ce. Rel. veluti 32. in 32. facit 1024.

Faciliter igitur memorie mandantur nec transeunt communiter hos, quia satis difficultatis est in his ipsis, quod autem sequitur est Relatum Tertium.

- 3 Cum fuerit diuidendum aliqua denominatione minore diidente, quod exit non nomen habens, sed remanet in suo esse veluti diuido 9. ce. \bar{p} . 3. co. \bar{p} . 12. per 3. co. exhibit 3. co. \bar{p} . 1. \bar{p} . \bar{co} . manifestum est quod \bar{co} . non est denominatio nomen habens notum, cum igitur ita sit nunquam diuides per numerum solum, nisi iam possint reduci ad Capitulum nec cum maiore denominatione nam in vno non efficies notius, in altero efficies ignotius, salvo casu vbi iterum esset multiplicandum, tunc licet diuidere per denominationem maiorem.

- 4 In compositis modus diuidendi est talis: primò inuenias diuisionem primæ denominationis per Primam regulam Capituli, & duc eam in diuisorem & detrahe à diuidendo: postmodum quære idem de residuo & totiens itera quotiens euacuetur totum ve-

luti volo diuidere 9. cu. \bar{p} . 3. ce. \bar{p} . 6. per 3. co. \bar{p} . 1. quæro Primo per primam 3. co. quomodo ingrediuntur in 9. cu. & inuenio per 3. ce. nam 3. ce. in 3. co. faciunt 9. cu. per decimum octauum Capitulum, duco igitur 3. ce. in totum diuisorem fit 9. cu. \bar{p} . 3. ce. detraho à diuidendo remanent, 6. & quia per præcedentem regulam 6. non potest diuidi nisi modo communi fiet igitur exiens 3. ce. \bar{p} . 3. co. \bar{p} . 1.

Regula est quidam modus vniuersalis diuidendi veluti in ignotis tenet tamen in omnibus, & est diuisorem sub diuidendo ponere veluti volo diuidere 6. co. \bar{p} . 7. \bar{p} . 3. ce. per 4. co. \bar{p} . 2. sic facio $\frac{ce. 3. \bar{p} in. co. 6. \bar{p} in. 7.}{co. 4. \bar{p} in. 2.}$

proferuntur autem sic per modum fractionum tres census \bar{p} . 6. co. \bar{p} . 7. esimi vel diuisum de 4. co. \bar{p} . 2.

Regula pauciores denominationes, nunquam possunt, diuidi per plures vt creat denominatio cognita absoluta.

Regula aliquando fienda est transpositio, 7 vt inuenias quotientem, vt 3. ce. \bar{m} . 4. æquantur 1. cu. non datur commune diuidens sed transpone & deme 1. à 3. ce. \bar{m} . 4. & fiet 3. ce. \bar{m} . 3. adde ad 1. cu. fiet 1. cu. \bar{p} . 1.

Fit aliquando additio pro diuidendo exemplum, ponitur cubus æqualis 3. ce. \bar{m} . 2. isti non possunt habere diuisorem communem, nam diuisor vel est numerus, & sic non iuuat per Tertiam regulam, vel est denominatio maior, & sic non exit notum per tertiam, vel plures denominationes & sic non potest fieri diuisio per sextam, in hoc ergo casu subtrahe vnitatem ab vtroque, & fiet cubus \bar{m} . 1. æqualia 3. ce. \bar{m} . 3. istæ regulæ loquuntur non de diuisione vnus per alterum, nam si non tenerent nam non valet 3. numerat 12. & 15. igitur aliquis numerus numerat 13. & 16. aut 11. & 14. antecedens enim verum est & consequens falsum, nec tenet 3. numerat 12. igitur 4. numerat 13. imò sequitur potius oppositum, sed hæc regulæ intelliguntur de æquationibus & non aliter, benè enim valet cubus æquatur ce. 3. \bar{m} . 4. igitur cubus \bar{p} . 1. æquatur 3. ce. \bar{m} . 3.

Pro communi igitur diuidendo proponuntur in præcedentibus regulis duo exempla Primum 3. ce. \bar{m} . 3. æqualia 1. cu. \bar{p} . 1. Secundum est 3. ce. \bar{m} . 3. æqualia 1. cu. \bar{m} . 1.

De modo igitur diuidendi Primum considera quod non potest esse numerus simplex, nec denominatio aliqua simplex per Tertiam regulam, & quia ingreditur numerus in diuidendis per eandem, oportet vt sit numerus in diuisore, & quod sit quotiens, communis autem diuisor ad 3. & 1. non potest esse nisi vnitatis, igitur diuisor est vna denominatio, & quia non potest esse plures vna, & cum numero per Sextam & Tertiam, & non possunt transcendere censum per eandem Tertiam, & numerus diuidendus est vnitatis, igitur quotiens erit vnitatis tam in denominatione quam in numero, sed si sic igitur diuisor necessario est 1. ce. \bar{p} . 1. vel 1. ce. \bar{m} . 1. vel 1. co. \bar{p} . 1. vel 1. co. \bar{m} . 1. obseruatis enim supra scriptis conditionibus aliter diuisor esse